



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XV. De Actis Judicialibus v. infra sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cusationis, Alex. cons. 66. col. 2. vers. verum quia. lib. 1.

Amplia tertio in civilibus, in quibus vulgatum est Axioma, quod actore non probante reus absolvitur, de quo infra. cap. 24.

Limita in crimine læsæ majestatis, in quo si accusator in probando deficiat, accusatus tamen suam innocentiam probare tenetur, & indicia contra se existentia aut probationibus, aut per torturam purgare, per text. in l. si quis 3. C. ad legem Jul. majest. tradit Gig. d. q. 30. in fin. ubi subdit idem dicendum in crimine falsi, per text. in l. ubi autem 22. C. ad Legem Cornel. de falsis. Verum hæc limitatio non convenit nostro Axiomati, illa enim præsupponit accusatorem, qui licet non plenè probaverit, probavit tamen tantum quod accusatum indicaverit; quo casu nulla est specialitas in crimine læsæ majestatis, aut crimine falsi, quia in omni crimine, nisi reus illa indicia contrariis probationibus eliserit, torquendus est: Axioma verò nostrum intelligitur, & procedit, quando accusator nihil prorsus probavit, nec ad condemnationem, nec ad indicia, vid. inf. c. 24. axiom. 6.

CAP. XV. De Actis Judicialibus v. infra sententia.

Axioma. I.

Ut apud acta quid factum censeatur, requiritur locus publicus & solemnus, tam in negotiis voluntariis, quam etiam contentiosis jurisdictionis. vide ad hanc regulam. l. unum. de process. disp. 8. n. 15. Wes. in parat. de testam. n. 10. vel saltem judicialis auctoritas arg. l. 5. & 7. de Manum. vind. Richter. 1. decis. 30. n. 20. v. omnino l. un. C. de offic. jurid. Alex.

II.

Acta pereunt perempta instantia, vide ad hanc reg. Bart. Bald. Casir. Jas. in l. 2. C. de Ed. Pacian. 1. de prob. c. 67. lit. x. ubi habebis limitationes.

III.

Acta producta in uno judicio probant etiam in alio.

Sic v. c. Acta primæ instantiæ probant etiam in secunda instantia, leg. 15. & 19. C. de Apell. Dd. in l. 2. C. de Ed. Bart. in l. cum live, n. 4. & seq. ff. jud. solv. Marant. p. 5. num. 5. ibid.

Sic etiam ubi plura sunt fora competentia, ut in judicio reali est locus rei sitæ & ubi

reus habet domicilium. l. ult. C. ubi in rem. acta perfecta in uno loco notorium inducunt in alio.

Amplia: quod hoc locum habeat, licet acta ista destituantur solemnitate ejus loci ubi producuntur, modo fuerint munita necessariis requisitis ejus loci, ubi fuerunt scripta. Gail. lib. 2. obs. 123. ubi latius hæc procedere in omnibus aliis negotiis ostendit, ut ratione solemnitatum spectandus sit is tantum locus ubi res geritur.

Limita: Si inter tertios aut de re diversa est judicium.

VI.

Acta judiciū non requirunt testes. L. un. §. id si. C. de Latin. lib. 1. toll.

Ratio: quoniam semper hominum frequentia præsumitur adesse. l. in donat. 31. C. de donat. vid. Carpz. lib. 6. Res. tit. 3. res. 24. num. 9.

Limitatur à nonnullis hæc regula, quod non procedat in his quæ de sua natura non debent fieri apud acta, velut testamentum, hi enim actus manent sub regula, quod actus Notarii debeant habere testes vid. Alex. ad l. omnium 10. C. de Testament. & Schneid. in Instit. de solemn. res. num. 18. à quibus recte recedit Carpz. lib. 6. res. tit. 3. Res. 24. n. 12.

V.

Res inter alios acta, aliis non præjudicat: Fundamentum est in tot. tit. C. Res inter alios.

Quod procedit licet eadem sit causa. l. 63. de re jud. l. cum queritur 12. & seq. de Except. rei jud.

Limita 1. nisi aliquis non petat aliquid sibi dari, sed aliquid fieri, hoc enim in casu lata sententia pro uno spectat ad omnes: Unde cum petitur rescindi testamentum victoria spectat ad omnes. l. possumus. 6. §. si quis ex his. 1. de inoffic. testam. ibi Castal.

Limita 2. nisi quis, et in defensione primum sibi comperat, secundum agere patiatur d. l. 63. veluti si agere patiatur eum, à quo causam habet cap. pen. extrin. de sent. & re jud. e. g. si creditor vel qui hypothecariam habet, & per consequentiam deberet probare proprietatem. l. 23. de probat. agere patiatur debitorem.

Procedunt tamen hæc limitationes tum demum, si actor vel defensor non egerit per lusorio judicio l. 5. 14. de Appellat. l. 5. C. de pignoribus.

VI.

Omne solemnitate superat id quod apud acta conficitur. l. sanctimus 27. ibi. per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta publica l. 19. ubi Dd. in princ. C. de testam.

VII.

ACTA faciunt rem notoriam. l.

fin. C. de re judic. c. ex insinuatione 50. de appellat. ubi Innoc. in fin. c. cum olim 24. de verb. signif. Alex. conf. 62. n. 24. vol. 8. Roland. conf. 41. num. 30. vol. 1. Becc. conf. 40. n. 3. vol. 1. Surd. conf. 154. n. 25. & conf. 118. n. 8. vol. 2. & conf. 138. num. 8. Cephal. conf. 602. n. 21. lib. 4. Tiraq. de retractu lig. §. 36. gloss. 2. num. 44. Menoch. de interdict. remed. i. recup. possess. n. 232. de arbit. judic. quæst. casu 166. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 1101. n. 13. & 14. Farin. in praxi crimin. part. 1. quæst. 21. n. 14. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. c. 15. n. 4. Clorit. resp. 3. n. 26. & resp. 10. n. 39. Joan. Bapt. Costa de facti scientia & signor inspect. 4. n. 2. Negulant. resp. 168. n. 7. Pacif. de Salviano interdicto inspect. 1. c. 4. num. 68. Bernard. Gravæ. ad pract. Camera Imp. conclus. 134. n. 7. (Quidquid enim in judicio fit, judici notorium dicitur: c. cum olim 24. & ibi Abb. n. 3. d. V. S. Innocent. in c. ex insinuatione 50. de Appellation. Cravett. conf. 303. n. 5. p. 2. Cephal. concl. 57. n. 31. lib. 1. Conf. Arg. tom. 1. conf. 103. n. 28.) publicato scilicet processu & post conclusum in causa, gloss. in c. significarunt 36. de testib. Mascard. d. probat. conclus. 1102. n. 24. Vincent. Carroc. sing. 470. Costa d. inspect. 4. n. 2. Pacific. d. cap. 4. n. 66. 69. 70. & 72. Rota decis. 9. n. 3. p. 3. lib. 2. & decis. 117. libr. 3. p. 3. divers. At quoad litigantes etiam ante conclusum in causa, acta faciunt rem notoriam, cum illa scire præsumantur. Bellamer. conf. 40. n. 12. Costa d. inspect. n. 2. Card. Tusch. lit. N. concl. 107. n. 5. & 6.

(Ampliat hanc regulam primo ut non tantum hoc procedat affirmative in iis quæ actu asserunt, sed & negative: Unde quicquid non reperitur in actis pro omisso habetur, textus elegans in c. quoniam contra 11. de probat. Gail. 1. O. 134. num. 15. & seq. adeo ut, si substantiale illud sit, suspendatur sententiae executio, tanquam in notoria nullitate commissâ. Gail. lib. 1. O. 113. n. 2. & 3.

Exceptio seu limitatio 1. potest esse, quod in iis, quæ ad nuda narrata, velut processus ad supplicationem partis decernuntur, nullæ probationes, & ne quidem acta judicialia attendantur. Gail. libr. 1. observ. 31. num. 9. & 10.

2. Quod hæc regula non procedat quoad alios tertios, Joan. Rip. in l. is

apud. 2. C. de Edend. Menoch. de arb. jud. q. lib. 2. cas. 111. n. 7.

3. Quod non procedat in alio judicio seu causa, licet eadem persona sit. cum queritur 12. de except. rejud. nisi 1. causa posterior pendeat ex priori velut principali cap. Albericus 43. extra de testibus. Innocent. in cap. causam. 4. qui filii sint legitimi. 2. nisi in civili causa quis sit absolutus & super criminali conveniatur. vide seq. regul. nisi primo ac tum plenarie, deinde agatur summarie. Bart. in l. 2. C. de vi bon. rapt.

4. Nisi acta respiciant inhabilitatem personæ, tunc enim etiam in alio judicio probant. cap. ex parte 7. cap. super eo 13. de test. Socin. reg. 11.

VIII.

ACTA facta in judicio civili, an & quantam fidem faciant in judicio criminali? vide Bart. in lib. 2. §. hoc edito n. 5. & ibi Alex. in addit. lit. E. & Angel. n. 8. ff. de vi bonor. rapt. Boff. in tit. de pluribus violent. nu. 117. Clar. in pract. §. fin. q. 54. vers. item producantur. Mascard. de probat. concl. 34. nu. 4. Cevall. communium contra communes q. 296. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 91. n. 11. Sigism. Scacc. de judic. causar. civilium & crimin. lib. 1. c. 74. Et è contra, an acta facta in judicio criminali, probent in civili? vide Felin. in cap. causam que 11. n. 23. de testibus. Caputaquen. decis. 57. 105. 106. & 107. lib. 1. Mascard. concl. 351. num. 3. Card. Tusch. lit. P. concl. 790. Rot. decis. 639. n. 3. apud. Farin. p. 2. recent.

IX.

ACTA facta coram Judice seculari, an & qualem fidem faciant coram Judice Ecclesiastico? vide Capell. Tholos. decis. 199. vers. item fuit quæsitum. Abb. n. 10. Aretin. n. 21. Felin. num. 4. & Dec. n. 90. cum seqq. in c. at si Clerici 4. de jud. Card. Tusch. lit. A. conclus. 91. n. 2. Mascard. concl. 33. n. 24. & concl. 149. Menoch. conf. 367. n. 22.

X.

ACTA facta in judicio summario, an & quando probent in plenario? Vide Capr. in tract. de notor. memb. 1. n. 28. & 29. remissive Paul. Tusch. in singular. lit. A. n. 8. Natt. 532. n. 10. lib. 3. Gail. lib. 1. olf. 103. Mascard. concl. 348. n. 9. & 10. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 91. n. 7. cum seq. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 126. n. 4. Valenzuel. conf. 121. n. 105. tom. 2.

XI.

ACTA facta in iudicio possessio-
rio, an & quando faciant fidem in pe-
titorio? vide Put. *decis.* 171. *aliis* 156.
lib. 1. in correctis. Menoch. *conf.* 366. n.
14. & n. 40. & *conf.* 367. num. 21. Chri-
stoph. de Paz in *tract. de tenuta cap.* 32.
n. 7. cum *seq.*

De Actorum editione v. *infra* Editio.

CAP. XVI.

De Actionibus in ge-
nere, v. *infra* agens, agere, item
Obligatio.

Axioma. I.

Agens & patiens debent esse discreti, seu
nihil agit in seipsum. *l. ille a quo. 13. §. tempesti-
vum. 4. ff. ad SC. ad Trebell.*

II.

Actio & passio in eodem subjecto non
concurrunt. *l. Granius 71. ff. fideiuss.*

III.

Omne Agens agit propter finem, & ad e-
um principalis Intentio dirigitur. *Bald. ad l.
14. C. de fideicom. Scalig. de plantis, lib. 2. pag.
43. & in lib. 6. Theophrasti. de caus. plant. c. 9. E-
lesta Scaliger circa sub tit. de causa. 102.*

IV.

ACTIO semel extincta non re-
viviscit. *l. quires 98. §. aream. 8. ff. de so-
lutionib. l. si unus 27. §. sed si pactum. ff.
de pactis. l. electio 26. cum ibi notatis. C.
de no. ratib. actionib. l. inter stipulantes 83.
§. sacram. vers. nec revocari. ff. de verb.
oblig. leg. Mevius 66. §. duorum. ff. de
legat. 2. leg. hereditibus 77. ubi gloss. ff. ad
Trebell. tradunt Castrenf. *conf.* 372.
*Viso puncto, lib. 2. Tiraquell. in l. si un-
quam 8. verb. susceperit liberos. n. 191. C.
de revocand. donat. Gam. Lusit. decis.
162. n. 4. in fin. Joseph. Sesse Aragon. de-
cis. 133. n. 9. Card. Tusch. practica. conclus.
tom. 1. lit. A. conclus. 116. per totam. ubi n.
3. post Signorol. conclus. 85. n. 1. & seq.
(ratio est, quoniam in vulgari Philo-
sophorum axiomate habetur; à pri-
vatione ad habitum non datur re-
gressus, Ant. Fab. in *rational. ad l. 10.
§. 9. de in rem vers.*) hinc propterea
colligit, quòd si statutum liberet fi-
deiussores, principalis debitoris
persona potest haberi, eo ipso quòd
est captus, fideiussor est liberatus,
nec reviviscit obligatio si relaxetur.
(Quod semper verum manet, modo
ipso iure non reviviscere eam dica-
mus.)**

(Ampliatur hæc regula 1. quod nec

regulariter restitutioni locus sit, *l. 98.
§. 8. de sol.*

Exceptio 1. quod aliquando actio
restituatur ipso iure, & restitutoria.
actio dicitur, de qua re est *l. 1. §. ult. l. 8.
§. 3. & seqq. ad SC. Vell.*

2. Aliquando officio pratoris; qui
ob summam æquitatem dat restitutio-
nem in integrum, vel ob favorem a-
gentis, puta minoris, Ecclesiæ, Reipub-
licæ, justè absentis; vel ob odium do-
losi, absentis, terrentis, vel favorem
causæ ob enormissimam læsionem, aut
aliam justam causam, qua de re est *lib.
4. Digest. & tit. C. de his quæ vi metus-
que caus. cum seqq.*

V.

Quoties æquum est dari actionem,
& nulla tamen in iure reperitur, toties
conceditur actio in factum.

VI.

ACTIONES suas remittentibus
non est dandus ad eas regressus *l. quæ-
ritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de adil. edict.
l. fin. C. de remiss. pignori. §. si. quis itaque
Instit. de bonor. possess. cap. ex transmis-
sa 3. de renunciat. cap. ex ore 17. de pri-
vileg. cap. quàm periculosum 8. caus. 7.
quest. 1. tradunt Tiraquell. de retractu
lig. §. 1. gloss. 9. n. 119. Covar. var. lib. 2.
cap. 4. n. 1. Surd. *decis.* 231. nu. 13. Flamin.
Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quest. 13.
n. 8. Thom. de Thomass. in floribus le-
gum. reg. 272. Mar. Antonii. var. resolu-
t. lib. 1. n. 14. Joan. Anton. Mangil. de
Imput. quest. 91. num. 7.*

VII.

Sine actione nemo in iudicio ex-
peritur, nec alium cogere potest. *l. si
pupilli 6. §. videamus 12. ff. de negot. ge-
stis. l. quoties. 9. §. item si temporali. 2. de
administ. tutor. tradunt Rom. conf. 22.
Propositæ. n. 4. Anch. *consil.* 119. Plurib9
de causis, in pr. Jas. in *l. si Titius 9. n. 3. ff.
de verbor. obligat. & in l. ubi pactum 40.
n. 10. C. de transact. Mathesil. sing. 7. Ca-
strenf. *conf.* 250. *Viso puncto, in princ.
lib. 2. Alexand. conf.* 166. lib. 6. Cravet-
conf. 191. in princip. Tiraquell. in *l. si un-
quam 8. verb. revertatur. n. 345. C. de
revocand. donat. Anton. Gomez. tom.
2. var. cap. 11. n. 24. Soar. de Pace in pract.
tom. 3. in init. num. 5. Joseph. Sesse A-
ragon. *decis.* 189. n. 2. Anton. Monach.
Florent. *decis.* 70. num. 20. Card.
Tusch. d. lit. A. conclus. 109. n. 5. Card.
Seraphin. *decis.* 649. n. 1. Mar. Anto-
nin. var. *resolut. lib. 3. resolut. 11. num. 2.****

Pere-